nūciatōes secl'i: restitutōes ablatoꝝ: atz multi
et varij alij ecclesiastici ⁊ catholici germinis
fructus ad oculos vere deū amantiū noscūt̃
pullulasse. Unde etiam quorūdam heretico
rum secrete serpentiū in terra audacia com/
pressa videtur ⁊ in partibus zallandie vsura
rum prauitas et vesani amoris cessauerunt.
Ueruntamē eidē gerbardo procurantibꝰ vt
presumit̃ clericis ⁊ presbyteris focarias ha/
bentibus per vestras l̄ras sine causa vel cau
se cognitione exercitiū predicationis indire-
cte interdictū est. Naz q̄uis generaliter vr̄e
litttere emanarūt oēs tamē alij ad sua officia
pene restitute sunt. q̄ ab episcopali ꝓuidētia
non sperat idē gerhardus s̄ a malignoꝝ sug
gestione ꝓcessisse: in sancte edificationis nō
paruū detrimentū et grauamē. Inde letant̃
heretici ⁊ serpunt audatius. inde exultāt ini
mici ecclesie clerici focariste in lubrico carnis
fetidissime p̄manentes: inde gaudent vsura-
rij. inde etiā multiplicant̃ scandala: ⁊ multi-
plicabunt̃ forte latius q̄ carnales ⁊ mūdane
mētes valēt estimare. Et q̄uis deo teste idē
gerhardus quātū est ex se speculationi v̓ita-
tis. vacare mallet et quiescere: tamē q: vidit
hostem humani generis in ꝓximos suos vn
diq̄ crudeliter grassari ⁊ eos p abrupta et in
precipicia vicioꝝ ipellere: quoꝝ plures scd̓m
spem suam vt etiā ex effectu apparuit. p suam
predicationē possint eripi a laqueo venātiū
et a verbo aspero: zelo domꝰ dn̄i incitatur et
amore ꝓximorū accēdit̃ ⁊ stimulat̃: vt possit
verbū domini sine emolimento tp̄ali in pau-
pertate humiliter s̄ veraciter predicare et se-
minare ꝓut prius nō sine fructu euidēti pre-
dicauit ⁊ seminauit. Et si sibi specialis licētia
denegat̃. hoc saltē petit vt p̄rochialibus cu-
ratis non inhibeat̃. quin ipsum possint si ve-
lint admittere: qui scd̓m consuetudinē ciuita
tis ⁊ dyocesis traiectent̃ quos voluerint pre
dicatores maxime veros ⁊ bonos sine licētia
vestra semp admittere ↄsueuerūt. Et adhuc
q̄ absit a dn̄atiōe vestra si cōtra hmōi fructū
et contra cōsuetudinē predictos. ipsum ger/
hardū velitis a predicatōis exercitio ꝓhibe
re: rogat ⁊ petit humiliter et humilius vt sibi
causas et rōnes ꝓhibitiōis vr̄e velitis ondē:
⁊ non sine monitione que semp debet p̄cede-
re ipsuz iudicare aut iure suo p̄uare vl' a iure
suo suspendere. qui paratus est non solū vo
bis pater verū omni homini de singulis que
docet publice vel priuate rationē reddere et
sanctis scōꝝ radicibus ⁊ scripturis veraciter
cōprobare et si necesse fuerit ad conspectum
summi pontificis deducere.

¶ Ep'la magistri wilhelmi de saluaruilla cā
toris parisient̃ ad papā vrbanū sextū ad im-
petrādū magr̄o gerhardo p̄uilegiū p̄dicādi.

Sanctissimo in xp̄o p̄ri ac dn̄o nostro
dn̄o vrbano diua ꝓuidētia pape sex
to sacrosc̄e romāe ac vniuersal' eccie
summo pontifici. hūilimus vestre sctītatis
orator et seruitor. wilhelmus de saluaruilla
cantor parisient̃. archidiaconus brabātie in
ecclesia leodiensi. Beatissime pater hūilima
ac deuotissima ad pedum oscula btōꝝ subie-
ctione premissa: zelūm dei habens nisi fallor
scribo fidelit̃ que sequunt̃. Uir quidā vene-
rabilis nōie gerhardus magni diaconus tra
iectensis dioce. in scientijs liberalibus natu
ralibus ⁊ moralibus ac etiā in theologia ⁊ iu
re canonico eruditus: qui dudū ꝓpter deum
oīa bn̄ficia sua. s. p̄bēdas traiectēn̄. ⁊ aquen̄.
ac etiā patrimoniū suum satis largū reliquit
modica dicti p̄rimonij parte retenta ꝓ tenui
victu suo: cui mūdus crucifixus est ⁊ ipse mū
do. factus est magnꝰ hereticoꝝ p̄secutor. iu/
sticie ⁊ vnitatis ecclesie zelator: ⁊ feruidꝰ pre
dicator in dicta diocesi cōtra vicia laicorū ⁊
clericoꝝ: nihil ab illis q̄bus p̄dicat recipiens
seu requirens. nullū tēp̄ale seu ecclesiasticuz
petit bn̄ficiū. s̄ desiderat vt liberius ⁊ sine ipe
dimento p̄dicare possit. habere super hec cō-
missionē auctoritate ap'lica. Uñ quātū mihi
pōt apparere videret̃ expediens q̄ vestra san
ctitas eidem cōferret auctoritatē p̄dicandi: ⁊
cōtra hereticos inquirendi. ⁊ etiā vestre san
ctitatis canonicā iusticiā in suis s̄monibꝰ ꝓ-
palandi. In ꝓuicia coloniensi vel saltem in
predicta dyocesi traiectēsi. Presentiā vestre
sanctitatis dignet̃ altissimꝰ cōs̄uare feliciter
ad regimen ecclesie sue sancte. Scriptū leo/
dij. xxj. die octoberis.

Epithauiū venerabil' mgr̄i gerhardi magni.

Gerhardꝰ magnꝰ. vixit sic piꝰ agnus
Fecit qd̓ dixit. sic docuit quoq̄ vixit
Sic nō fictꝰ. mitis satis. et bn̄ strictꝰ
Lux fuerat cleri. per doctrinam quoq̄ veri
Lux fuerat prauis ocul' mentis bene grauis
Hic fuerat s̄pretꝰ q̄si pneumate credo repletꝰ
Eius doctrina: falsis fuerat quasi spina
Sic simul ⁊ vanis oculis mentis malesanis
Que falsos lesit. pars iustorum sed adhesit.
Illi pro vero. fuit vtilis hic quia clero
Ut clero laicis prodesse volens inimicis
Doctrina veri. debet christus misereri
Eius de iure pro tali pondere cure
Talis nanq̄ fore voluit gratis sed amore
Diuino tactus. non prebendisq̄ coactus
Namq̄ resignauit prebendas sicut amauit
Xp̄m. sic strauit carnē. paup̄es quoq̄ pauit
De ꝓprijsq̄ bonis. tenuit regimen rationis
Sic fuit exemplo. lux in christi bene templo
Gerhardus magnus quē verus diligit agnꝰ
Sctōꝝ sortem, teneat sic post modo mortem

¶ Incipit prologus in vitam reuerendi pa
tris dñi florentij deuoti presbyteri ꝛ vicarij ec
(clesie dauentriensis.

DIgnū iā ar/
bitror ex ordie ꝓmisso ali=
qua etiā scribere de vita ꝛ
moribus reuerēdi patris
ac pie memorie magrī flo=
rentij dauētriens̄ ecclesie presbyteri. quondā
magistri gerhardi discipuli: de quo supius
narrationē peregi. Et rectus iam ordo loqn
di ꝓcedit. vt qui boni arboris vbertatem in
gerhardo ostendi qui fuit nostre deuotionis
fundator: iam in pio florentio eius discipulo
aperiam speciosi floris dulcedinē: q̄ eiusdem
deuotionis imitator extitit ꝛ feruētissimꝰ pro
pagator. Cuiꝰ hūiles et tractabiles mores.
profecto sūt aīe languentes flores medicina
les: et sctē eiꝰ virtutes nouellos instruunt et
ꝓuectos. Obsecro aūt te frater bone ne sim=
plicitatē eloquij mei ad iniuriā illustris sacer
dotis retorq̄as qui erat humilitatis ꝛ simpli
citatis amator: ꝫ bona audita pio ꝯsideratio
nis oculo īspicias et ꝑlegas. Esto sicut apis
prudentissima sugendo mel dulce ꝺ floribus
pulchris in prato virenti: atq̄ʒ ad edificatio=
nem status ꝛ ordinis cui dilecti patris nostri
florentij virtutū germina ꝛ exempla tāq̄ʒ flo
res rosarū ꝛ lilia redolētia: in ortulo pector̄
tui diligenter insere ꝛ reconde. vt in bono sp
ꝑspicias ꝛ in amore xp̄i amplius īardescas.
Ipse eñi fuit insigne virtutis speculū ꝛ cūct̄
deo seruire cupiētibus ad celeste regnum sin
gulare iuuamē. De quo tanto fidentius va/
leo loqui quanto apertius eum agnoui ꝛ se=
pius sibi astiti et ministraui.

NOuitius. Opus quod rogatu meo ꝛ
aliorū instanter incepisti. ad honorē
dei ꝑfice. Erit eñi delectabile poster̄
audire: q̄ʒ clara luminaria in finibꝰ nr̄is emi=
cuerunt. Quoꝝ meritis tu quoq̄ʒ particeps
esse poteris: si ea que gratis accepisti. ceteris
in charitate studeas impartiri.

SEnior. Laboriosum opus quod ag=
gredior ꝛ quod sciam meaʒ ac vires
imbecilles excedit. Nam potius eli/
gerem ab alijs dictata in silentio legere: q̄ʒ ru
sticitate mea claritatē illustriū viroꝝ barbari
ʒādo obscurare. Verū tu q̄ nō apices lr̄aꝝ ꝫ
ꝟtutes moꝝ q̄ris in lr̄is: ꝓpt' iopiā dictamis
nō dēs aspnari margaritas ī vilibꝰ conchis.
Fateor nāq̄ʒ impitiā meā nō posse sufficē ad
tanti patris vitā describendā: ꝫ in tēplo dei
offero pilos capraꝝ ad opiendū tectū taber=
naculi: qui lapides ꝓciosos non habeo ad or
nandū clamidē sacerdotis. Deniq̄ʒ durū ꝛ in
gratū mihi indigno videt̄. si tā dilecti patris
virtutes reticerē: qui mihi ꝛ multis alijs bene
fecit in vita et primo traxit ad dei seruitiū ac
tandē direxit ad monasterij portū. Unde ꝓ
gratiarūactiōe ꝛ dulci recordatiōe eiꝰ libens
sibi rependo muneris vicem: hoc opusculū
conficiendo post eiꝰ decessum. Sit igit̄ ꝓ ali
quāta excusatione opis ꝓsumpti ingens affe
ctus patris reuerēdi: cuiꝰ memoriā inter de/
uotos opto semꝑ ꝛ vbiq̄ʒ florere. Dñs aūt ie
sus qui duo minuta paupis vidue non spre=
uit: mihi exiguo in futuro recōpenset. q̄ pia
intētione in eius gaʒophilatiū mitto manū.
doctoribus meis altiora reseruans. Nam et
ꝓpriam calamitatē sciens: correctōi me sbdo
maioꝝ. Iuuet me obsecro deuota mens orā=
do. ꝛ si quid edificatiōis hauserit hec scripta
legendo: laudet deum de vniuersis donis su
is et sit gratus etiam in paruis.

¶ Explicit ꝓlogꝰ. Incipiūt capl'a libri tercij

De humilitate xp̄i quam dominus florētius
studuit. imitari. Capitulū. I.
De intꝓtatōe nois florētij laude triplici. II
De interpretatōe nois pr̄is sui radewyni III
De pr̄ia eiꝰ ꝛ ꝓfectu in studio pragēsi IIII
De honestate moꝝ eiꝰ int' seculares V
De conuersione eiꝰ ꝑ predicationē magistri
gerhardi VI
Qualit' seculari vita despecta magistro ger=
hardo adhesit. VII
Qualiter ipe iam plene conuersus q̄ʒ plures
alios cōuertit. VIII
De pressuris ꝛ iniurijs sibi illatis IX
De promotione eius ad sacerdotiū ꝛ descen
su humilitatis sue. X
De raritate exitus sui ꝛ cum quanta discipli
na stabat in choro XI
De simplicitate vestimentoꝝ eius XII
De humili ꝟuitio eius inter fratres XIII
De labore manuū eius ꝓ cōi bono XIIII
De miscōia eius in pauperes ꝛ egrotos atq̄ʒ
ignotos XV
De r̄fectōe paupeꝝ ꝛ lauatura mīsoꝝ XVI
De abstinētia eius ꝛ infirmitatibus ex rigore
contractis XVII
Qualiter orationibus deuotorum adiutus
sepe reconualuit. XVIII
Qz semel in nocte paschali angelica visione
curatus fuit XIX
De viro qui in puteum cecidit. ꝛ inde illesus
extractus fuit. XX
De visione crucifixi super domum eiꝰ appa/
rentis. XXI
De patientia eius ꝛ māsuetudine ac dilectio
ne ad omnes. XXII
De deuota exhortatōne eius ad spiritualem
profectum. XXIII
De efficaciā sermonū eius ꝛ ītellectu scriptu
rarum. XXIIII
De custodia ꝟboꝝ ꝛ iūratōe vitāda. XXV
De tribꝰ ꝑiculoꝝ tētatōibꝰ deuotoꝝ. XXVI
De emissione fratrum ad fructificandū in di
uersis locis. XXVII
De felici trāsitu eius ex hoc mundo ꝛ ecclesi
astica sepultura. XXVIII
De quadā visiōe facta pꝰ obitū eiꝰ et magna
glīa sua XXIX
Expliciūt capitula

¶ Incipit liber tercius. De hūilitate xp̄i quā
dñs florētius studuit imitari. Cap. I.

FLos omniū
virtutū oim̄q̄ʒ sciētiarum
magr̄ ꝛ dñs nr̄ ihesus xp̄s
ab hūilitate ꝛ māsuetudi=
ne normā viuēdi incepit:
quā ꝛ discipulis suis tāq̄ʒ
legittimā regulā tradidit obseruādo dicens
Discite a me q: mitis sum ꝛ hūilis corde: ꝛ in
uenietis requiē aīabꝰ vr̄is. Hanc autē vere
hūilitatis virtutē q̄ rectissima via est ad cele
ste regnū ꝓmerendū: secutus est deuotꝰ ꝛ hu
milis sacerdos xp̄i magr̄ florentius filius ra=
gewyni: quā vsq̄ʒ ad ꝯsumationē vite sue ꝑ
multos spiritales agones in lōga carnis ma
ceratione cōtinētissime viuēdo tenuit donec
inet'ne btitudinis reqem ꝓ pijs et iustis labo
ribus a deo remūerādus introiret. Sed qua
liter ad hāc hūilitat̄ viā ꝑuenerit: referā deo
fauēte ꝑ ꝓcessus seq̄ntes. Deus ei oṗs ꝛ mi=
sericors q̄ eum ab eterno in sacerdoteʒ elegit
ꝯsecrandū ac donis sublimioribus ꝓsciuit il
lustrandū: ipse q̄ʒ eundē de mūdi naufragio
mira pietate eripuit ꝛ abstraxit atq̄ʒ ī sanctio
ris vite statum et noue prolis palmitem per
verbum veritatis efficaciter regnauit.

¶ De interpretatione nominis florentij lau=
de triplici. Capitulum. II.

SAne non sine ꝓsagio future ꝓbitatis
florentius radewyni est appellatꝰ: ad
celestis pr̄is gl'iam ꝛ sui gn̄is famam
lucidius declarādā. Tūc ei res digna laude
gerit̄: si vita noī cōcordat si fama ꝟtutibꝰ nō
dissentit. qđ vtiq̄ʒ in sinceris actibꝰ eiꝰ cōpro
bat̄. Est nāq̄ʒ florētiꝰ dulce nomē pijs ad no
minādū ꝛ recolendū: q̄ talē se exhibuit ī vitā
vt ab oibus tā religioſ q̄ʒ secularibꝰ ī maxiō
amore ꝛ reuerētia haberet̄. Pulchre aūt flo=
rentius quasi flores legēs dicit̄: propter libe
rales artes q̄s olim didicit in q̄bus tm̄ valuit
et ꝓfecit. vt magr̄ vocaret̄ ꝛ esset. Aut ꝓpter
diuine legis noticiā et sacre theologie libros
q̄s ꝑ ceteris sciētijs libētius legit. ꝛ sup oms
mūdi thesauros carius dilexit queādmodū
ꝓpħa in psalmo dicit. Jō dilexi mādata tuā
sup auꝝ ꝛ thopasion. Sʒ mlt'o pulchrius flo
rētius dicit̄. q̄si florē tenens q: xp̄m olim ꝟtu
tū florē et castitatis amatorē secutꝰ est. Pro
cuiꝰ amore florētē mūdū despexit. atq̄ʒ since
ritatē fidei ꝛ catholice pacis vnitatē firmissi
me tenuit: dicēs cuʒ spōsa in cāticis cāticorū.
Dilectus meꝰ mihi ꝛ ego illi q̄ pascit̄ int' lilia
Tenui eā nec dimittā. ¶ Adhuc āt sacratio=
ri sensu ꝛ vberiori fructu florētiꝰ dicit̄ q̄si flo
res colligens: q: multos fratres clericos pri=
meua etāte florētes secū in domo sua cōgre/
gauit. q̄ seculi vanitate despecta hūilit̄ ꝛ de/
uote altissimo dño in castimonia vite ꝛ frater
na charitate seruierūt: secūdū q̄ sctūs dauid
gratulabūda voce decātat. Ecce q̄ʒ bonū et
q̄ʒ iocundū habitare fratres in vnū. Hos cū
tanta disciplina ꝛ spūali feruore rexit ꝛ edu/
cauit. vt esset domꝰ dñi florētij scola celestis
exercitij: speculū sctītat̄. ornatꝰ moꝝ. exēplar
virtutū. aditus paupeꝝ. ꝯuētus clericoꝝ: in
structio laicoꝝ. refugiū deuotoꝝ: ꝛ totiꝰ boni
initiū ꝛ ꝓfectus. Ex hac quippe domo. q̄ʒ plu
res notabiles ꝛ lr̄ati viri spm̄ deuotionis ꝯce
perūt: et veluti apes dulcedine mellis referte
de alueario pleno ad fructificādū in alijs lo=
cis lōgius ꝓcesserūt et deo bn̄dictionē dante
nō modicū fructū effecerūt: vt de his merito
dicere libeat. q: flores apparuerūt in t'ra nr̄a.

De interꝑtatione nominis patris sui radewi
ni. Capitulum. III.

SEd nec absurdū videat̄. si pr̄ni nois
vocabuluʒ mistice exponat̄: q: hō ad
laudē tanti viri nō parū tendere esti
mat̄. Apte ꝙ satis radewynus dr̄ q̄si radiꝰ di
uinus. Quo noīe recte xp̄s intelligit̄: qui est
splēdor pr̄is. mūdū illūinans sapīe sue luc̄.
vita pura. doctrina vera. miraculis sctīs ꝛ re
uelationibꝰ multis. Qui ꝛ apl'os suos tanq̄ʒ
veri solis radios misit in orbē terraꝝ ad ꝑdi
candū verbū suū: ꝛ ad dādū exēplū bonū fi/
delibus cūctis ita ad eos inq̄ens. Sic luceat

lux vestra corā hoībus: vt videant opa vr̄a
bona et glorificent patrē vestrū q̄ in celis est
Bene ergo florētius filius radewyni dictus
est: quia xp̄o in spem viuā regnatus ab ipso
irradiari meruit ꝛ accendi: vt terrena despi/
ceret. ꝛ celestia ardenter amaret. Et si idē no
mē radewynus ex teutonico trāsferaꝶ ad la:
tinū. ꝯsiliū exp̄mit ꝛ vinū. Que duo sil'. florē
tio optime adaptanꝶ q̄ ꝯsiliū mūdane sapie
reliquit: ꝛ diuine legis mandatis se subdidit
iuxta illud psalmiste. Nā ꝛ testiōnia tua me
ditatio mea est: ꝛ ꝯsiliū meū iustificatōes tue
Cui etiā xp̄s ꝓ delectatōib⁹ vanis ꝛ carnali
bus q̄ mūdus offert suis amatorib⁹. gustū in
terne suauitatis p̄stitit quā mund⁹ accipe nō
mereꝶ: ꝛ sp̄ūalis leticie vino dū diuina miste
ria celebraret cor ei⁹ ꝛ aīaꝫ potissime repleuit
vt oīa interiora ei⁹ diuini amoris incēdio fer
uerēt. atqꝫ in voce exultatōis cū ꝓp̄ha deuo
tissime iubilaret dicēs. Cor meū et caro mea
exultauerūt in deū viuū. Tūc ei totus intra
se collectus: ꝛ supra sepe in sp̄ū raptus. semet
ipsum hostiā viuentē ac deo placētē obtulit.
multūqꝫ fideliꝶ ꝓ sctā ecclia ꝛ oī p̄plo xp̄iano
supplicaꝶ intercessit. In q̄ sacro ꝯuiuio deificam
in suo fonte dulcedinē gustans ꝛ p̄ magnitu:
dine diuine largitatis amorose liq̄factus cuꝫ
magna gr̄arūactiōe hec mistica v̄ba rumina
bat. Quā magna multitudo dulcedinis tue
dn̄e quā abscōdisti timētib⁹ te. Sꝫ his iā p̄li
batis ad rerū gesta stilus vertaꝶ.

¶ De p̄ria ei⁹ ꝛ ꝓfectu in studio pragensi. ¶ Cap. IIII.

Reuerēdus pr̄ ꝛ deuot⁹ sacerdos xp̄i
magr̄ florētius vicari⁹ fuit ecclie da:
uētriensꝭ: p p̄dicationē venerabil' ma
gistri gerhardi magni diīna gr̄a opitulāte cō
uersus. Cui⁹ factus hūilis auditor: p oīa stu
duit ei⁹ fieri imitator. Et salutaribus ꝯsilijs
gratāter acceptis ip̄m sicē patrē charissimū ꝛ
sue salutꝭ genitorē dilexit: ac sūma cū reuerē
tia vt decuit sp ꝛ vbiqꝫ honorauit. Vn̄ iterū
ab ipso inter ceteros discipulos suos ampli⁹
diligi meruit. ꝛ p̄ceteris digni⁹ cōmēdari ob
specialē mor̄ suorū venustatē et modestiā q̄
eminenter p̄dit⁹ fuit ac religiosi⁹ refulsit. Hic
igiꝶ de ciuitate leyderdā in terra nobilis do:
micelli de erkel originē natiuitatꝭ duxit: que
circa fines hollandie sita. trib⁹ fere miliarib⁹
a traiectēsi ciuitate distat. Hui⁹ pr̄ radewin⁹
noīe. vir quidem erat inter suos fama notissi
mus: rebus ac facultatib⁹ scd̄m status sui ex
igentiā decenꝶ adornat⁹. Qui filio suo florē
tio ad studiū pragēsi p̄genti: piū assensū pre:
buit ꝛ iuuamē. Nā tunc tēpis apud pragam
bohemie studiū p̄uilegiatū latissime floruit ꝛ
multi de partib⁹ inferiorib⁹ illuc expeditius
pergebāt. Fit cito artista bon⁹ qui erat inge:
nio clarus et in ꝓficiendo studios⁹: taliꝶ inter
scolares. pius ad domesticos. reuerēd⁹ erga
magr̄os. Post hec ad patriā suā cognatosqꝫ
reuertiꝶ: ꝛ ꝓ magisterij gradu honorifice su/
scipiꝶ. Cōgaudēt vniuersi amici cuꝫ vicinis
eximie: q̄ iocūda eius p̄ntia salubri ꝓsperita
te post tāta terrar̄ spacia et p̄icula diuinitus
cōcessa. frui ac cōsolari merebanꝶ. Siquidē
matura ei⁹ de studio reuersio. grādis extitit
amicor̄ exultatio: s̄ deo melius disponēte fa
cta est eterne salutis sue felix p̄paratio. q̄ nō
longe post tēp̄e lapso: fact⁹ est ver⁹ xp̄i disci
pulus ꝺ magistro. Cui etiā pi⁹ dn̄s cū de pra
gis rediret: rem satis mirādā ōndit: in q̄ mise
ricordiā eius manifeste cognouit. Nā cū ad
quādā ꝓfundā vallē p̄uenisset: seq̄baꝶ eū cur
rus cū īpetu magno de mōte descēdēs. Quē
declinare nō valens ꝛ p̄iculū corp̄is metuēs
cū iā humanū deesset auxiliū: ꝯfugit ad diui
num. Et inuocato oīpotente dn̄o: affuit gr̄a
saluatoris īmensa. Vidit nāqꝫ qꝺ dictu mira
bile est mox vt dn̄m inuocasset: currū eundē
an̄cedere se p viā q̄ tendebat ꝛ oē p̄iculū esse
sublatuꝫ. Qꝺ factū erga se miraculose gestū
deo totū ascripsit: q̄ tribulatos corde sanat
ꝛ ab omni angustia liberat ad se clamantes.

¶ De honestate mor̄ ei⁹ inꝶ seclares. ¶ Ca. V.

Erat aūt morū honestate ꝯspicu⁹. le
tus inter sodales affabilis v̄bis libe
ralis expensis facie venustus: statu/
ra gracilis et mediocriter ꝓcerus. Quē de⁹
aliq̄ tēp̄e p̄misit in seculo versari et ei⁹ insani
as falsas expiri: s̄ nō finaliter p̄iclitari. vt ne
mo cōuerti volēs de venia desp̄et: qn̄ hūc tā
cito in meli⁹ mutatū coḡscit ¶ Quodā nāqꝫ
tp̄e inuitat⁹ est cū multis amicis ad nuptias
seculares. Cūqꝫ in itinere siml' p̄gerent. egit
aliq̄d ꝓ solatio amicor̄ ꝓmtissime eis obse/
quēdo ꝛ leticiā exhibēdo. Precidit itaqꝫ ra:
mos virentes de arborib⁹: q̄bus secū allatis
obūbrauit in vehiculo sedentes. vt magnos
inde mereret habere fauores. Nōdū eni scie
bat q̄d dn̄s de se facturus esset: nec aduertit
quāto studio ꝯsciam suā interi⁹ ornare cū vir
ginib⁹ sctis debuisset. vt ad celestes nuptias
dign⁹ esset intromitti. Sꝫ nec spiritales epu:
las in nuptijs xp̄i nouerat: ideo secularib⁹ cō
uiuijs inꝶesse gaudebat. Verū deo miserāte
nō diu in hac vanitate p̄mansit: s̄ ad magnā

deuotionis gr̄am oēm mūdi suauitatē supe:
rantē felici vocatōe p̄uenit. Prefigurauit tn̄
istud factū seculare: aliqꝺ bonū in eo futurū
q̄ ipse dei gr̄a mutatus in vir̄ sp̄ūalē plures
secū ꝯtubernales inuitaturus esset ad nupti:
as ciuiū sup̄nor̄: vbi spōsus imortalis iesus
xp̄s cū oībus sctis cōuiuaꝶ in secula seculor̄
Hoc postea verissime claruit ī mltis fratrib⁹
per eū deuote conuersis: sicut etiā manifeste
oculis meis cōspexi et tota dauentria nouit.

¶ De conuersione eius p predicationē ma: gistri gerhardi. ¶ Capitulum. VI.

Nec distulit pietas saluatoris nr̄i suc:
currere ouicule errāti: q̄ inꝶ nebulas
glie secularis versabaꝶ nō sine p̄icu:
lo grandi. Cū igiꝶ tēpus miserēdi ei⁹ adue:
nisset: pius pastor aīar̄ ouē suam p̄cio san:
guinis sui care redēptaꝫ de medio laq̄orum
caute subtraxit: ꝛ ad sctē cōgregatōis caulā
quā rectur⁹ erat clemenꝶ induxit. Predicāte
nāqꝫ venerabili mgr̄o gerhardo magno euā
geliū xp̄i p dyocesem traiectēsem: multi cleri
ci ꝛ laici audito v̄bo dei reliq̄runt vanitates
seculi: cupiētes euadere penas ignis eterni ꝛ
regna celestia p penitētiā ꝛ luctum adipisci.
Viua eteni vox magr̄i p̄dicātis. tāto fortius
valuit in cordib⁹ audiētiū: quanto p̄fectius
ceteros p̄cibat in via virtutū: vt fidē s̄monī
bus ei⁹ daret scā ꝯuersatio in op̄atione ostēsa.
Cū igitur dauētrie apud sanctā mariā feruē
ter p̄dicaret. affuit etiā magr̄ florentius dili/
genter auscultans quid diceret: ꝛ lumine ce/
lestis s̄monis sapienꝶ foris instruct⁹ mox in:
terius irradiat⁹ est ꝛ corde cōpūctus. Sole:
bat eni p̄dicator egregius interdū oculos su
os dirigere ad astātes: ꝛ ꝓ audientiū q̄litate
ac vtilitate sermonē suū formare in altuꝫ vel
longū p feruoris excessuꝫ: quēadmodū cupi:
di piscatores ibi latius sua retia laxant. vbi
plures pisces confluxisse cōiecturāt. Diuina
itaqꝫ inspiratione actū est vt magr̄ florentius
etate iuuenili decorus ꝛ sufficiēter p̄bendat⁹
vocē dn̄i libenter audiret: ꝛ sonitū celestis fi:
stule nō surda aure p̄trāsiret. s̄ ad se vtiliter
traxit: qꝺ ad oēs gn̄aliter p os magni predi:
catoris emanauit. Erat eni de ouibus illis ꝺ
q̄bus saluator nr̄ p̄dixit. Oues mee vocē me
am audiūt ꝛ ego cognosco eas ꝛ sequūꝶ me.

¶ Qualiter seculari vita despecta magistro gerhardo adhesit. ¶ Capitulū. VII.

Igitur spiritu dei afflat⁹ magister flo
rentius ac rore celesti intime p̄fusus
repente pedē vanitatis retraxit: quē
in hui⁹ seculi itinere figere ceperat. Perpen:
ditqꝫ prudenꝶ qꝺ sequereꝶ post fugitiua gau
dia carnis: q̄ ꝓfecto mors seua ꝛ luctus eter
nus. Ideoqꝫ ne florigerā angelor̄ patriā amit
teret. falsos mūdi honores spernere decreuit
et humilē vitam xp̄i sectari ꝓ optimo duxit.
Cupiēs ergo magistro gerhardo familiari⁹
loqui. quē vidit magnū ꝫelū aīarū ad oēs
habere: nō differt ad eius reuerētiā fidenꝶ ac
cedere. cui quid intus gerebat tāq̄ amico et
secretario dei ex ordine narrat. At ille veniē
tem gaudēter acceptās charitatis sinū ap̄it:
colloquiū desideratū p̄bet. paratus rationē
reddere de quibuscunqꝫ voluisset sciscitari.
Itaqꝫ in vnū cōuenietes. et q̄ salutaria sunt
dulciter ꝯferentes: exardescūt corda ambor̄
in celestibus vilescunt oīa terrena. ratificanꝶ
ꝯsilia bona de diuina seruiture tenenda. Effi
ciunꝶ deinceps in fraternitatis amore vnanī
mes: qui in sancta ꝯuersatōis ꝓposito ad pa
triā in dn̄o feruēt. Quibus affuit etiā multi:
plex gr̄a xp̄i: vt nō tantūmō sibi: s̄ ꝛ ꝓximis
suis ꝓficerēt ad salutē ¶ Nā additi sunt illis
ad solaciū amplioris gaudij et decorē dom⁹
dei nr̄i quidā lr̄ati ꝛ eloq̄ntes viri. q̄ dono sp̄i
ritussctī vehemēter iflamati: elegerunt vesti
gijs xp̄i firmiter adherere. atqꝫ p contēp̄tum
mūdanorum et fortia bella viciorum ad eter
na bona trāsire. ¶ Qua ipse iam plene con:
uersus q̄ꝫ plures alios ꝯuertit.

¶ Ca. VIII.

Cumqꝫ suauissim⁹ diuini amoris au:
ster ortulū cordis magr̄i florentij cre
brius p̄flaret et fletib⁹ irrigaret cepit
magna deuotōe fecundari: ꝛ ad extrahendū
alios de sordib⁹ pctōr̄ pia emulatōe moueri
Dedit ergo operā ad h̄ndū fratres sp̄ūales:
qui dudū studio lr̄ar̄ intētus delectabaꝶ so/
cios habere seculares. Nā igne q̄ ipse iā erat
accēsus cupiebat ꝛ alios secū accēdere: ꝛ lu:
mine q̄ fuerat a deo illustratus. nō tardauiꝶ
ad se veniētes v̄bis ꝛ exēplis lucidis iformā
re. Suasit igiꝶ clericis ac laicis deo s̄uire vo
lentibus praua cōsorcia fugere ad audiendū
verbum dei ꝓperare: hūilitatē xp̄i sectari. et
sanctor̄ vitā ad imitandū aspicere: q̄tenus p
cōtinētie virtutē ꝛ p̄cepta dn̄ica p̄mia ꝯseq̄rē
tur eťna. Nec fuit inutilis labor quē ꝓ lucrā
dis aīabus ipendit: s̄ copiosus idē fructus
excreuit. Plures nāqꝫ iuuenes ꝛ virgines ei⁹
salutari ꝯsilio freti: relictis parētib⁹ ꝛ amicis
humiliter ꝛ deuote incedere ceperūt: ꝛ secula
rem vitā odiētes. ap̄lico more socialē in xp̄o
cōuersationē ducere. ꝛ alacri corde cōem mē

ſam ⁊ victū tenuē habere gaudebāt. Deniqꝫ
virtutū gradibus ſingulos ꝓficere hortaba
tur. orare ſepius. ⁊ tēporibus debitis labora
re manibus: nec nō ſacris lectiōib⁹ ac medi/
tationibus inſiſtere cōpūctiuis. qbus feruor
deuotionis maior acq̄rat: ⁊ horror ꝯtinu⁹ ꝯ
viciorū incētiua habeat. ne quis per deſidiā
cordis a dyabolo ſeducatur.

¶ De ꝑſſuris ⁊ iniurijs ſibi illatis. Ca. IX.

Intuens hec ſtudia ſpūalis exercitij
antiqu⁹ humani generis hoſtis gra
uiter doluit: ⁊ felicibus initijs ac pijs
actibus deuoti magri florētij īuidit. nō omit
tens ꝑſeq̄ bene agentē. Nā metuēs exemplo
eius ⁊ induſtria ſmonis multas aiaꝝ ſpolia
ſibi aufferri: ſuſcitauit aduerſarios quoſdaꝫ
q̄ aſperis verbis et deriſionib⁹ inſuetis. iuſti
ſimplicitatē impūgnarent: ad retrahendum
eum a bonis inceptis. Sed vir aio manſue
tus. ⁊ ad tollerāda obprobria ꝓ xp̄o bn̄ ani
matus: nec verboꝝ iniurijs. nec detractionū
moueꝛ figmētis. ſꝫ velut araneaꝝ tela parui
pendit oia: ꝑmanens ꝯſtātiſſime in bono qḋ
cepit. Ibat ergo mitis inter ꝑuerſos patiēs
inter obloquētes. nulli malū ꝓ malo reddēs
ſꝫ trāquillo corde orabat ⁊ tacebat. aut rōna
bili vbo iprudentiū ora frenabat. Rep̄hēde
runt eni ſtulti qḋ ignorabāt. ⁊ quē humiliter
incedere. atqꝫ oēm leuitatē vitare cernebāt:
hunc ꝑueruo ſenſu multū delirare eſtimabāt
Ipſe aūt tāqꝫ flos campi ꝓceſſit verecundo
aſpectu: griſea tunica indutus et longa toga
palliatus. Et ſicut lilium inter ſpinas creſcit
⁊ incīſum redoleꝛ. ſic florētius deriſus inter
ſubſannātes letior fiebat. ⁊ odorē noticie ſue
per pacientiā ſuauiorē reddidit ac clariorem
Induit eni eū dn̄s loricā fidei. ⁊ virtute con
ſtācie militē ſuuꝫ armauit: vt nō poſſet hoim
peruerſitas ſtatū mētis eius euertere. quem
grā dei roborauit abintra. Studuit q̄ppe ꝓ
noie ieſu contumelias pati ⁊ terrores. ſciens
ſcriptū quia bti eritis cū maledixerint vobis
hoies: ⁊ exprobrauerīt nomē vr̄m tāqꝫ malū
ꝓpter filiū homis. Attēdebat igiꝛ ſedulo in
auctorē vite ieſum filiū dei. quē ſamaritanū
⁊ ſeductorē vocabāt phariſei: qui diſcipulos
ſuos ꝑmonuit m̄lta ꝯria debere pati a mūda
nis. qꝛ ⁊ ipſe prius grauiora patiebaꝛ ab emu
lis iudeis. Si me inq̄t ꝑſecuti ſunt ⁊ vos ꝑſe
quenꝛ: nō eſt eni ſeruus maior dn̄o ſuo. Et ſi
patrē familias beelzebub vocauerūt: quāto
magis domeſticos ei⁹? His itaqꝫ ſmonibus
ſctis ſtrennue cōfortatus: nec hoim ludibria
curauit. nec a vera hūilitatis via quaꝫ vitas
docuit declinauit: ſꝫ ꝑ ꝯtentū mūdi ⁊ abnega
tionē ſui conat⁹ eſt aſcēdere ad alta virtutū.
Elegit nāqꝫ poti⁹ abiect⁹ lullardus cū fratri
bus ſuis vocari: aut inſan⁹ a ſecularib⁹ repu
tari qꝫ magn⁹ dn̄s et magr̄ noiari. Un̄ q̄ntū
in eo fuit. honorificū magri nomē ſuppreſſit.
voluitqꝫ ſolū ſimplici noie florētius dici: ſicꝫ
alij fratres ſui. quoꝝ aliqui ſatis bn̄ lr̄ati erāt
et ex diciorbus in ſeculo nati. Nihil aūt pre
cioſum aut nitidū in veſtibus habere voluit
nil delicatuꝫ in cibis cupiuit: nil ſuꝑfluitatis
in neceſſarijs vtenſibilibus admiſit. ſed ſim
pliciora ⁊ plana que humilitatē pretenderēt:
et ſeculares non offenderent. qui melius do
cenꝛ humili exēplo qꝫ ſubtili ſermone. Itaqꝫ
cōem vitam ſectando ⁊ fraternam charitatē
omibus exhibendo. nō alta de ſe ſapiendo:
ſed humilibus ſemꝑ cōſentiendo iam non vt
magiſter rigidus metuebatur. ſed ſicut ama
bilis pater diligebatur: qꝛ in ipſo velut in lu
cidiſſimo ſpeculo et foris decens morum ho
neſtas. et intus celeſtis puritas apparebat.

¶ De promotione eius ad ſacerdotiū et de
ſcenſu humilitatis ſue. ¶ Capitulum. X.

Sed quia humilem merito gloria ſeq̄
tur. ⁊ mitem iuſta laudatio decet: illi
qui viro dei prius contrariebantur.
videntes mentis eius conſtantiā: et ꝓpoſitū
in domino fixum: repreſſerunt linguas ſuas
ab infeſtatione iniuſta. Unde ad pietatē cō
uerſi ceperunt cōmendare vite ſanctitatem:
et reuereri eum propter modeſtiam habitus
ſui ⁊ diſciplinam. nec nō fratrum ſuoꝝ deuo
ta diligere ſtudia in humilitate chriſti funda
ta. Et quidem iuſte. Quē eni gratia dei ꝑfu
derat. et multis virtutibus florere fecerat: re
cte diligi meruit ⁊ ab omnibus magnificari.
Creſcente igitur fama bonitatis eius. qꝫ plu
res clerici et laici ad audiendum verbum dei
domū eius frequentabant: et nōnulli de ſca
binis ⁊ maioribus ciuitatis conſilij cauſa ad
eum veniebant: eo qꝫ ſapiētia dei et fides ma
ior ſecundū virtutem animi inueniebanꝛ ei
dem ineſſe. Quapꝓpter in arduis ⁊ obſcuris
caſibus conſcientias ſuas ſecurius ei comit/
tebant. et libenter eum audiebant: auditoqꝫ
eo multa bona deo placita faciebant. Gau/
debat igitur magiſter humilis charitate ple
nus de fructu animarū et ſpirituali profectu
fratrum ſuorum: magnamqꝫ curam pro ne/
ceſſitatibus pauperum clericorum gerebat.
chriſtum dominū in eis venerando. ¶ Con

ſiderans autē venerabilis magiſter gerhar
dus dilectum diſcipulū ſuū mgr̄m florentiū
ſpeciali deuotionis ꝑrogatiua florere: conſi
lio ſanctiſpūs inſpiratus. ⁊ multorū fratruꝫ
ꝑcibus flagitatus: decreuit eundeꝫ ad ſacer
dotij gradū ꝓmouere. Qui tāto honore in
dignuꝫ ſe cōteſtans: ab hoc onere humiliter
petijt ſupportari. Sed fratrū victus inſtātia
tandē mgri ſui monitis reſiſtere nō audens
obediētia ꝯpellente aſſenſit. Factus ergo ꝑ
ſbyter nō eſt elatus in gloriā humanā: ſed tā
to humilior in oi actu et habitu ſuo inuētus
eſt. quāto dignitate ⁊ ordine maior. De quo
magr̄ gerhardus tale teſtimoniū ꝑhibuit di
cens. Semel feci vnū ordinari in ꝑſbyterū: ⁊
ſpero qꝫ dignus ſit. De cetero cauebo. ne le/
uiter quid ſile faciā: qꝛ paucos ad hͦ idoneos
cerno. Ipſe tn̄ dn̄s florētius ſicut vere paru⁹
et vilis in oculis ſuis. nil magni ex clericali
ordinatōe de ſeipſo eſtimauit: ſed inferiores
etiā frēs in aio ſibi ꝑpoſuit. ⁊ de quodā ſim
plici clerico nondū in ſacris cōſtituto ſic ait.
O ſi pro calice meo poſſem deo offerre in iu
dicio pennā illius clerici.

¶ De raritate exitus ſui ⁊ cū quāta diſcipli
na ſtabat in choro. ¶ Cap. XI.

Ex bonis aūt ⁊ honeſtis moribus ſu
is. facile poterat vir dn̄i florētius ab
ignotis et ſecularib⁹ agnoſci: qꝫ erat
deuotus hō ⁊ amicus dei. dignuſqꝫ vicari⁹
ihesu xp̄i. Hic itaqꝫ prius fuit canonicus ſcti
petri in traiecto. ſꝫ illa ꝑbenda relicta vicari
am recepit in dauentria: vt apud mgr̄m ger
hardū ſtaret. eius erudiēdus exemplo ⁊ do
ctrina. Unde ſemel vni amicorū dixerat hec
verba. Spero qꝫ nō moriar canonicus: ſꝫ in
humiliori ſtatu ſeruiā deo. Et factum eſt ita
ad laudē dei in ſecula. Qui cū in magna ha
bereꝛ reuerentia ꝓ ſua ſanctitate ⁊ abſtinen
tia: ſūme tn̄ vitauit ab hoibus honorari. Iō
qꝫ egredi ad publicum declinauit. ⁊ manere
domi cum fratribus ſuis vnicuꝫ ſolaciū ſibi
extitit: ſciens maiorē ſibi ꝓfectū ⁊ alijs exem
plū ſtabilitatis inde ꝓuenire. Tranſiēs aūt
ꝑ plateā expeditius ibat. nō texēs alicubi lō
gos ſermōes: ſꝫ breui verbo aut ſolo nutu ca
pitis ſatiſfecit obuianti. Sed ⁊ oblatos ſibi
honores ſic paruipēdebat exterius vt ſepe
nō aduerteret obuiātes: nec quorſuꝫ tēderēt
inueſtigare curaret. Uadēs aūt ad eccleſiā
interim orabat aut meditabaꝛ de deo prout
ſpūſſctūs inſpirabat. Propter magnā autē
corꝑis ſui debilitatē ⁊ frequētes īfirmitates
q̄s in primo feruore ꝓpter nimiā abſtinentiā
inciderat. nō potuit q̄tidie chorum viſitare.
In magnis tn̄ feſtiuitatibus et celebritatib⁹
ſctōꝝ quātū valitudo ꝑmiſit: libenter affuit
veſꝑis ⁊ miſſe maiori. Cūqꝫ eſſet ſenior vica
rius in ſiniſtro latere chori ſꝑ in inferiori ſtal
lo locū tenuit: cū tn̄ altior ei ſedes poſt cano
nicos ꝯpetiſſet. Stās aūt in choro neqꝫ qꝫ va
gis oculis circūſpectabat. ſꝫ verſus ad alta/
re cū oi diſciplina ⁊ reuerētia q̄etiſſimus ſta
bat deo ⁊ ſibi deuote intētus: ⁊ ꝓut eger po
tuit. moderata voce nō fractis notulis pial
lebat. Ita morigerat⁹ ⁊ reuerēda facie erat.
vt multi pueri ⁊ cātores eū frequēter aſpice
rēt: ⁊ religioſitatē eius mirareꝛ. qꝛ nihil leui
tatis in verbo aut motu corꝑis apparuit: vñ
potuiſſet rep̄hēdi. Et ego tūc tpis cum alijs
ſcolarib⁹ choꝝ viſitare ꝯſueui ſicut iniunctū
mihi fuerat a mgr̄o iohē boeme qui ſcolas ⁊
choꝝ ſtrēnue regebat. Quotiēs ꝫ dn̄m meū
florētiū in choro ſtantē vidi. lꝫ ipſe nō circū
ſpiceret. ꝑñtiā tn̄ eius ob reuerentiā ſtat⁹ ſuꝛ
metuens. cauebā aliq̄d fabulari. Et accidit
aliq̄ñ vt nō lōge ab eo ſtarē in choro: vertit
qꝫ ſe ad librū nobiſcū canēdo. Et ſtās retro
me manus ſuas ſuꝑ humerū meū poſuit. ſic
tiqꝫ fixus vix audēs me mouere: ſtupēs ad
tāte dignatōis gratiā. Erāt qꝫ tūc tpis ī col
legio dauētriēſi plēs canonici ⁊ vicarij lr̄ati
ac ꝓbabilis vite viri: ſtrēnui ⁊ alacres ad di
uinū officiū debita cū laude ꝑſoluendū. Hi
virū dei mgr̄m florētiū in reuerētia ⁊ digno
honore habētes. ipſo ꝑñte inſolētias leues
ſoliciti⁹ cōpeſcebāt: totuſqꝫ chorus illuſtra/
baꝛ tanti ſacerdotis diſciplina.

¶ De ſimplicitate veſtimētoꝝ ei⁹. Cap. XII

Amator ſimplicitatis ⁊ hūilitatis pi⁹
dn̄s florēti⁹. ſciēs qꝫ ornat⁹ veſtiū cle
ricū nō facit: ſꝫ magſ hūilitas cordis
⁊ ꝓbitas moꝝ ad maiorē cōſcie ſue puritatē
ſeruādā: oēm a ſe amouit veſtiū nitorē. ⁊ q̄c
quid ad mūdi ꝑtinuit pōpā: ⁊ oſtētationem
hūanā. Ut ꝫ interiori hoī habit⁹ exterior rñ
deret: poſtqꝫ ſacerdos effect⁹ eſt: nō queſiuit
molliores feſtes q̄ſi ꝑ ceteris ſibi magis ꝯpe
tētes. ſꝫ cōibus ⁊ ſimplicib⁹ ſicut alij frēs erat
ꝯtētus. Nā deū ꝑ oculis ſꝑ hn̄s. nō aduertit
trāſitoriū corꝑis cultū vl' ornatū. ſꝫ ad virtu
tes aie oculū gerebat apertū. Cauebat autē
infirmis dare offendiculum in ꝓpria veſte.
aut alia quacūqꝫ neceſſitate nature: eligens
exēplo xp̄i qḋ hūilitati erat ꝓpinq⁹. ⁊ min⁹
ab hoibus reputabaꝛ. Nam ergo alia porta

bat in festis. alia ĩ diebus q̃tidianis: ꝟ tñ in
celebratõe misse ob reuerẽtiã sacri meliori or
namẽto in festis vtebaꝛ. in quo tñ metã ser/
uauit debite honestatis. ¶ Almutiũ eius qḋ
habebat satis antiquũ ⁊ pallidum erat: ⁊ in
multis locis q̃si a tineis corrosum ⁊ caluum.
Et qñ vidi eũ cũ tali almutio ad chorũ tran
sire: cõdolui ꝙ tam bonus ⁊ honestus sacer=
dos ita simpliciꝛ ⁊ humiliter incedebat. Ad
pedes nõ habebat pulcra sandalia sicut alij
vicarij in ecclesia: ꝟ ꝓ illis fecerat sibi parua
⁊ bassa calopedia. q̃ erant antiquo corio sub
suta: cũ quibus sine strepitu chorũ intrauit.
Tunica eius ⁊ toga de griseo pãno erãt. De
derat ei auũculus suus nouã togã amicitie
grã sed eã noluit portare q: nimis honesta
videbaꝛ: ⁊ ipse simplicia p̃ferebat semꝑ p̃cio
sis. Capuciũ nigri coloris aut grisei fuit: ⁊ si
cut sibi parabaꝛ portauit. qḋ vtrãq; scapulã
⁊ colla nuda ꝓtexit. Manicas habebat par
uas ⁊ strictas cũ paucis nodis: q̃ ꝓpter attri
tionẽ vetustatis interdũ fuerãt nouis panni
culis anterius repate. Non eñ erubescebat
humilis sacerdos dei: antiquã tunicã a sar
tore repeciatam portare: q̃nimmo ipse ⁊ oẽs
frẽs sui cõtendebãt sacre emulatõne viliora
indumẽta habere ⁊ in hoc alius aliũ supare
Quadã vice p̃nte quodã seculari clerico lo/
quebaꝛ deuote de deo: ⁊ stabat idẽ scolaris
iuxta eũ pulcris ⁊ curiosis manicꝭ suis occu
patus. nunc hic nũc ibi manus suas versan
do. Ad quẽ dñs florentius benigne intuens
aiebat. Ecce frater manicas meas q̃les ego
habeo: q̃ me nõ occupãt nec inquietãt. Nã
tam longas manicas ferre sicut tu habes: te
diũ mihi foret ⁊ onus. His auditis parũ eru
bescẽs quietius stetit. ⁊ bñ acceptãs qḋ dixit
edificatus abscessit: q: ad simplicitatẽ vestiũ
ꝓprio eũ exẽplo instruxisset. ¶ Alio q̃ꝫ tꝑe
vocauit ad se sartorẽ qui ei tunicã nouã face
re debebat ⁊ ait. Magister scitis deformẽ tu
nicã facere? Qui rñdit. Nescio si bñ hoc no=
ui. Dicatis tñ mihi dñe qualẽ vultis habere
Tunc ait humilis magister florẽtius ad sar=
torẽ. Faciatis de isto pãno q̃tuor partes. et
ita ꝯsuatis eas siꝛ sine plicis: vt de facili que
am tunicã istam induere ⁊ exuere. ⁊ tũc satis
bona erit. Ad hec sartor cũ ammiratõe mul
ta rñdit. O dilecte mi q̃liter hoc staret Qua
re vellem bonũ pannũ destruere? Ego faciã
bñ sicut melius cõuenit. Tunc humilis ⁊ mi
tis sacerdos ait. Que cura ẽ de apparatu ab
extra? Faciatꝭ amore dĩ planiori modo q̃ po
testis: sic eñ mihi magis placet: nam simpli
cia me decet habere ad edificationẽ ceterorũ
O nobilẽ xp̃i sacerdotẽ ad humilia semꝑ in=
clinatũ: qui vt deo amplius placeret. omnẽ
curiositatẽ amputauit.

¶ De hũili seruitio eius inter frẽs. Ca. XIII

Lux mundi xp̃s ad illuminandũ mẽ
tes fideliũ venit in mundũ p̃dicans
verba vite celestis: atq; ꝑ humilita/
tis sue exempla. ad amorẽ sui nois: torpida
pctõꝝ corda p̃cipue accẽdit. q̃ cũctis ꝑ orbẽ
fidelibus imitãda reliquit. Nam talẽ se xp̃s
in medio discipulorũ suorum exhibuit sicut
vnũ ex ipsis. seruitiũ pietatis ondens: ⁊ do/
miniũ ptãtis nõ exercens. vt qui eum imita
ri voluerit: ab eo q̃ꝫ dignus sit honorari: ⁊ su
per oia bona in celesti regno ꝯstitui. Ego in=
quit in medio vr̃m sum sicut qui ministrat.
Et iterũ. Filius hois nõ venit ministrari sed
ministrare: ⁊ dare aiam suã ꝓ multis. Hanc
aũt sctẽ seruitutis doctrinã. humilis seruus
xp̃i florẽtius cũ fratribus suis studuit obser=
uare: ꝑsuadẽs oibus sibi adherẽtibus cuius
cunq; essent ⁊ etatis. vt ꝑ charitatẽ inuicem
seruirẽt: inuicẽ sua onera portarẽt. nulla ab=
iecta oꝑa abhorrerẽt: ꝟ humilia seruitia libẽ
ter exercerẽt: illud amplectẽdo carius qḋ mi
nus cõtinet honoris. ⁊ plus habet laboris et
rigoris. Mos igiꝛ sanctus ⁊ ꝓbabilis apud
eos virtus inoleuit. vt quilibet fratrũ ꝑ heb
domadã in coquine ministerio staret: ⁊ cũ oi
hũilitate ibi coqueret. vel q̃ sibi a coco iniun
gebanꝛ ꝓmpte ⁊ hilariter adimpleret. Fer/
uebãt eñ tũc oẽs ad viliora oꝑa faciẽda: siq̃
dem ⁊ ꝓ regno dei laborare iocũda requies
putabaꝛ. Volẽs ergo bon⁹ pr̃ ⁊ dulcis mgr̃
florẽtius exẽplũ bonũ p̃bere subiectis: tenu=
it etiã ipse in coquina vicẽ suã ꝓ posse. Cui
quidã ex vicinis cõpassiõe motus dixit. Cur
bone dñe vos estis ĩ coq̃na? Nõ habetis ali
quẽ q̃ ꝓ vob̃ istud faciat? Nõne melius esset
ꝙ vos iretis ad ecclesiã ⁊ alius coqueret ꝓ
vobis? Respõdit humilis minister xp̃i florẽ=
tius dicẽs. Nõne magꝭ affectare debeo ꝙ ha
beam omnium aliorum orationes: q̃ꝫ solum=
modo meas? Dum enim ego sum in coqui/
na: omnes alij interim tenentur orare ꝓ me.
Maiorẽ ergo fructũ spero ꝯsequi de orõni/
bus alioꝝ q̃ sũt in eccl̃ia q̃ꝫ si ego solus orarẽ
Sic ergo tam verbo q̃ꝫ exẽplo edificauit vni
uersos: nõ querẽs qḋ sibi esset delectabile. ꝟ
alijs vtile ⁊ exẽplare. ¶ Quotiẽs autẽ cum
fratribus comedebat. primũ ferculũ manib⁹

suis eis apposuit: ⁊ de hoc plurimũ doluit. q:
infirmitate cogẽte refectioni fratrũ q̃tidie in
teresse nõ potuit. Quapropter seorsũ in coq̃
na cũ coco suo solus edebat. habẽs mensam
paruã sobrie paratã: q: solidũ cibũ debilitas
stomachi nõ sufferebat. Ego licet indignus
ab ipso sepe inuitatus mẽsam eius paraui: ⁊
modicum qḋ petebat de cellario attuli. gau
densq; cũ multa hilaritate ei ministraui.

¶ De labore manuũ ei⁹ ꝓ cõi bono. XIIII.

Optimus in moribus digneq; memo
randus inter oẽs deuotos deuotissi
mus florẽtius nunq̃ꝫ ociosus voluit
inueniri: ꝟ p̃ciosum tp̃s fructuose nisus ẽ ex=
pendere: cauẽs oĩmode q̃ꝫuis bñficiatus eẽt
panẽ suũ gratis ⁊ absq; labore manducare.
Qḋ a venerabili magr̃o gerhardo didicit ⁊
accepit. hoc diligẽter obseruauit: cuius snĩa
fuit. vt nemo ad cõgregationẽ suscipi debe=
ret. nisi ꝟm btĩ pauli dictũ manibus labora/
re vellet. Est nanq; oꝑatio sctã ad oẽm spũ=
alem ꝓfectũ vtilissima. ꝑ quã carnis lasciuia
domaꝛ: ⁊ ab euagãdi leuitate mens dissolu/
ta citius refrenaꝛ. Per hanc ocia nociua tol
lunꝛ ⁊ cõfabulatões friuole ex ocio surgẽtes
facilius decurtanꝛ. Occasione eñ loquendi
sublata. labor ꝓficiet in manibus: ⁊ erit sꝑ di
tior in bonis. qui fuerit oꝑarius fidelis. Per
hanc etiã necessitatibus fratrũ sapiẽter pro
uideꝛ: ⁊ pauperũ miserijs copiosi⁹ subueniꝛ
Nam illa elemosina gratius deo placet ⁊ cla
rius lucet. q̃ de vultus sudore ꝓcedit: ⁊ iusto
labore quesita reficit indigentes. ¶ Igitur
ars scribẽdi libros q̃ clericis melius cõuenit
⁊ quietius exerceri põt. a fratribus dom⁹ sue
est maturius arrepta: et ꝓ cõi bono seruãdo
vsitatius introducta. Ipse ṽo venerandus
pr̃ florẽtius ne vacuũ nomẽ gereret rectoris
ꝟ in exhibitiõe oꝑis officium sacerdotale cõ
mẽdaret: dedit scriptoribus exẽplũ clarum.
mẽbranas pumicãdo: q̃ternos lineãdo ⁊ cõ
ponẽdo: q: licet minus bñ scribere sciret. in p̃
parãdo tñ alijs necessaria. q̃ꝫ plurimũ scrip/
tores adiuuit manu sua oleo sctõ cõsecrata.
Interdũ cũ opus esset ⁊ tp̃s vacaret. assum=
pto socio libros iam scriptos ꝑlegit ⁊ corre/
xit: aut de scripturis sanctis aliq̃ deuota no=
tabilia ad cõsolationẽ fratrum ⁊ exercitatio
nem internorũ cõpilauit. Multũ nanq; ga/
uisus est ⁊ delectatus. cum ꝓ cõi aliquid vti
litatis ꝑ diẽ fecisset: sciẽs hoc deo gratissimũ
fore. ¶ Verũ multitudine clericorũ ad eum
ꝯfluente. cũ fama bonitatis eius longius re
sonaret: req̃situs est a multis extraneis ⁊ re=
ligiosis viris ⁊ lr̃atis. Idcirco ꝓ aiarũ salu=
te altioribus negocijs oportebat eũ intende
re: ⁊ a priuatis actionibus ⁊ internis studijs
frequẽter abstinere ⁊ sp̃ualia lucra tp̃alibus
comodis anteferre. Tantiq; ꝯsultãdi causa
ante cameram eius q̃nq; steterũt cupiẽtes ei
loqui. aut abscõdita sua tanq̃ꝫ viro sctõ cõfi
teri: vt vix ei transitus exeundi pateret: vix
tp̃s ꝓ horis dicẽdis ⁊ necessitatibus corꝑis
soluẽdis oportune suꝑesset. Neminẽ tñ incõ
solatũ reliquit sed vel incõtinẽti expediuit:
aut altera vice liberũ ad se reditũ ꝟm ꝑdictũ
petẽtis ꝯcessit. ¶ Contigit aliquotiẽs vt ho
ras suas legere inciꝑet. ⁊ suꝑuenientib⁹ alijs
⁊ alijs q̃ꝫ multis: nõ posset finire psalmũ quẽ
inchoarat Ne ergo tedio affectus desisteret
aꝑire pulsanti: ait ad semetipsum. Adhuc se
mel ꝓpter deũ: sicq; semel iterauit sepe ⁊ fie=
bat longũ: vincens molestiã ⁊ inquietudinẽ
aliorũ in patientia ex charitate fraterna.

¶ De miscdia eius in pauꝑes ⁊ egrotos at/
q; ignotos. ¶ Cap. XV.

Virtus q̃ꝫ miscdie in corde pij patris
inter alia pietatis oꝑa p̃cipue floru/
it ⁊ excreuit: q̃ꝫ frequẽti elemosyna=
rũ largitõe in pauꝑes ⁊ ꝑegrinos ostendit ⁊
impleuit. Unde merito de ipso dici debet: ꝙ
de iusto viro in psalmo decantaꝛ. Dispsit de
dit paupibus: iusticia eius manet in seculũ
seculi. ¶ Ipse eñ dñs florẽti⁹ fuit pijssimus
pr̃ pauꝑũ: dulcissimus cõsolator tribulato
rũ. ⁊ ꝯpatiẽtissim⁹ visitator infirmorũ. Qui
ꝓfecto spũ dei plenus cũ lacte miserationis
habuit vinũ zeli et feruoris. fouẽs infirmos
oleo mie: ⁊ odio hñs passiones ⁊ vicia ipsoꝝ
magna cum maturitate ⁊ discretiõe exercẽs
vtrũq; in tp̃e suo. Sepe nãq; egenis ⁊ debi=
libus cibos mẽse sue misit: ⁊ sp̃es sibi ex cari
tate missas. maiori charitate vlteri⁹ cũ alijs
indigẽtibus impartitus est. Pauperũ etiam
noia in scriptis habuit. q̃ꝝ curã vni aut duo
bus fratribus suis iniũxit: vt hospicia hone
sta et subsidia sumptuũ eis ꝓcurarẽt. Erãt
aũt tũc tp̃is in opido dauẽtriẽsi viri quidã
honesti deũ timẽtes ꝟm ꝯsiliũ dñi florẽtij bñ
ꝯuersantes: necnon matrone alique diuites
⁊ deuote. misericordie actibus dedite: q̃ eccle
siã dei sedulo visitantes. ⁊ sacerdotes hono
rantes multa beneficia pauperibus clericis
deo famulantibus rogatu ⁊ instãtia eiusdẽ
dñi florentij libentissime ministrabãt. Tam
pius tamq; dilectus oibus apparebat humi